

ritus sequatur, nisi illas caleret, & nisi multum prodigeret temporis recipiens, repetens, retinensque id genus procepta. Dies integri satis longi non sunt, ut mulieres ad saltandum procedere sese comant, & ornent. Noctes saltando, ac lascivendo traducuntur, postquam in vanis ornamentis dies, ac in infanis studiis anni insumpti fuerunt, atque ipsam vitam dimidium, vel in ipsis chorearum proceptis, vel in choreis ipsis impendunt. Credere quidem potestis Deum non ideo vobis concessisse tempus, ut illud adeo turpiter prodigeretis in eam voluptatem, que, ubi iudicium ad maturitatem pervenerit, contemnitur. *Idem.*

Choreas, & saltationes frequenter esse peccatum.

Quocumque impendatur cura, & a concellis, fabulosisque nar autibus auferantur imagines turpium vitiorum, nunquam tamen vitium illis auferatur, illic enim semper videtur viva representatio peccati amoris vitiorum erga mulieres, qui culpa vacare non potest, neque evincitur unquam, ne mulieres representent voluptate, qua ab aliis amari, & coli gestiunt; quod illis nequaquam minus vel periculosum, vel contagiosum est, quam visibilibus, & noxiorum vitiorum imagines. Quod ostendit inimitas esse mulieres, que se innocuas rata, eo quod re ipsa ea perherescunt crimina, qua palam turpia sunt, nihilominus eorum Deo sunt nocentissime, quippe non adnuunt in hominum corde illum chitnere locum, qui Deo uni debetur; non adnuunt, viros sibi adhaerere, ac ab illis non estimari solum, sed etiam amari; ac patitur haud aere eos sibi verba dare, & amorem restari propterea ea lingua, que verborum blandimenta vocatur. Ex *Italiis de Comedia Domini Nicolo.*

Mundani nequaquam libenter audiunt choreas, & spectacula improbi.

Ridiculus nobilis matrona sese ad choream disponit apparatus.

formitatem corrigendam. Corpus deinde vittis ornatur, quarum varii colores affectionum varietati respondent. Sexcenta deinde alia apponuntur ornamenta, quibus illa magis emittatur censetur. Non sine adfectione studet illa, quomodo incedere, oculos circumflectere, gestus, vociferare tonum regere debeat, & generatim quidquid sibi faciendum sit, ut mundo placeat. *Idem.*

Ridiculus corporis habitus, & inattentiones mundanae puella ad saltandum.

Exterior habitus puella ita exornata, ut ad choreas proficatur, satis perspicue patefacit diversas animae illius cogitationes. Ardentem placere cupit, quaerit ad se eos pertrahere adolescentes, qui magis huiusmodi huiusmodi sunt, & qui venustiori corporis forma, morumque elegantia ceteris praestant. Ipsa vero superbia affectat, & quamdam nobilitatis indignabunda speciem praefert, qua ipsius forma decor etiam, atque etiam commendatur. Nunquam domo pedem effert, nisi antea milles se ipsam respexerit, ac diligenter ad speculum castigaverit: circum se quaerit approbatores; hoc est, ut verbo me expediam, superba, & indignabunda repleta est vanitate, ambitione, & superbia. Videamus nunc in coetu mundanam hanc adolescentulam, vix aliquo sedet in loco, cum circum oculos agit alias visuras; & repente cor illius in alias quidem exardet invidia, in alias vero fovet contemptum; illa, quae plures habent sectatores, illius invidiam excitant; eas vero dedignantur, quas sibi desiderantium numero superat, &c. *Idem.*

Licentia, & immodestie familiaritates in choreis.

Considerate duos diversi sexus homines in frequentu saltantes: alter quidem in numerum vel procedit, vel recedit, alter sequitur, uterque hinc inde de variis edit corporis gestus; anima tota sese per oculos effundit. Uterque hoc in exercitio incalcescit, ac utro citroque auditur mutua sibi praebere existimationis, & amoris, quo iam adent, testimonia. Quae, haecine honesta sunt? summe christianae modestiae conformia? Auderent aliquis tanquam culpa vacuum asserere exercitium, quod superbia tantummodo, ac impuritatem inspirat? Familiaritates, quibus saltatio praebet occasionem utriusque sexus commixtioni, nonne praebet iustam metuendi occasionem de pudicitia peullam, que sese illis mancipat? Quas enim ideas in animo haec omnia imprimere putas commercia? Quae cogitationes haec objecta excitare possunt in mentis? Haec vero cogitationes quos affectus gignunt in corde? Illos animo mihi fingere pudet; & vos etiam pudere debet id cogitantes, quin videatis. *Idem.*

Quidquid in choreis videtur, vixitatem, & mundi amorem suadet.

Quid in choreis videtur? Coetus personarum, que festiva sunt, quo corporis habitus, ornatusque praestant, quae oblectari tantummodo quaerunt, & aliquid ad commune oblectamentum conferre. Videntur mulieres, & puella, quae nihil praeterrmittunt, ut in se omnium admirationem convertant, & placeant; videntur homines, qui nihil intentatum relinquunt, ut illis admirationem, amoremque suum testentur; videtur spectaculum, quod sensus allicit, quod mentem replet vanitate, quod musicarum fidium sono cor mollit. Ita mundi, & creaturarum rerum amor sensum, ac sine lesu obrepit in cor eorum, qui choreis interlunt. *Idem.*

Pericula, que innocentia subit, & cur licite non sint.

Dic mundani sectatoribus, choreas esse vetitas, quia plerumque sunt scopulus innocentiae, pudoris sepulchrum, omnium mundanarum vanitatum theatrum, omniumque affectionum triumphus; dic, hanc esse congeriem omnium periculorum, quae salus nostra subire potest, atque tentationum omnium acerrimam, & vehementissimam, omnia scopulum esse, omnia virus, choreas, musica instrumenta, objecta, colloquia, omnia conferre ad pietatis sensus extinguendos, ad mentem, animumque saltandum: nihil magis, quem saltationem adversari christianae religionis spiritus; quo contemptu excipietis? Quot sublationes in hanc ineptam reformatorem hinc? Quot glossamata in hanc moram doctrinam nimis actam, & aulicam? Veniet tempus cum adolescentibus illi aequo liberiores cum indignatione, & quadam horrore specie in se ipsis damnabunt haec omnia profana solatia: ac eritne tempus? Nanquam adeo sero differunt solatia, quod parum adeo christianum est, damnatio. Tumultus nequaquam aeternam immittit susporem; non desunt quaedam rationis intervalia; & quantumvis iostima in flagitioso homine videatur, illi tamen semper ostendit nequitiam rei illius, quae ipsi placet, & virus illius rei, quae fascinator. *P. Croiset.*

Si cubiculum ingredieris matronae huius, quae sese exornat ad choreas profectura, illam speculo alligentem inveneris, illam incessanter consulentem ancillis circum undique stricam laborantibus, ut caput ejus cinctis vittis, tanisque, alioque mundo muliebri decorant. Illa sexcentis excogitat artes, ut certas totus oculos in se convertat, & utinam nequiora non fovet animo consilia. Si quem habet naturalem defectum, hoc statim suppletur; pulveres crinium colorem mutant, facies faciem lavigat, nulla negligitur ars ad vitia corporis, atque statura de-

periculo obici nequaquam possumus; si in ipsa solitudine sanctitas cura non est; si evangelium est regula morum; si pudicitia uno tantum inuita detrimentum patitur; si unicum sufficit desiderium, ut animus corrumpatur; si christiani heroes in ipso etiam recessu non sine difficultate suam tuerent innocentiam, quis sensus dicere audeat, fas esse choreis indulgere? Quis rationis compos christianum servare spiritum potest, & hoc profanum solatium non damnare? *Idem.*

Celso dicitur, iudicium autem de choreis.

Tibi dicam, me nunquam dubitasse, quominus periculosissimum essent choreae. Hoc non ratio sola me docuit, verum ipsa etiam experientia; quamquam patrum ecclesiae testimonium maxime sit auctoritatis, teneo tamen illud alicui licenti majoris esse debere ponderis. Scio equidem in huiusmodi locis alios alius nimis subire periculum; atamen frigidissima etiam mentes tibi incalcescit; & qui ita gelu adstricti sunt, ut non moveantur, nullam inde percipientes oblationem, eo non accedunt. Ideoque ne-

cessa non est illis choreas interdiceret, has quippe sibi ipsis interdicit. Cum nulla percipitur oblectatio; ornatum cura, & vigilia satis fastidio sunt; cum vero percipitur, certum est, magnum adesse Deum ledendi periculum. Coetus huiusmodi plerumque juvenibus constant, qui in ipsa solitudine vix, & ne vix quidem tentationibus resistunt; quomodo vero resistant his in locis, ubi formosa objecta, funalia, musica instrumenta, & saltationis agitatio ipsos calefacient anachoretas? Senes, qui choreis interesse possent, quin ullum pateretur detrimentum ipsorum conscientia, ridendi essent, si illic accederent; & juvenes, quibus hoc urbanitas permitteret, non possunt hoc facere, quin sese nimis magis periculis obicerent. Itaque sentio, eum, qui Christianus est, a saltationibus abesse debere; & munere suo fugerentur confessorii, ego credo, si eos, quorum conscientiam moderantur, huiusmodi ceteris interesse prohiberent. *Disjunctum ex Epistola Domini de Bussi Episcopi Augustinensis.*



STUDIUM.

Scientia, eruditio; utilitas, rectusque earum usus efficiendus, ac finis in illis sibi proponendus.

MONITUM.



NULLUS dubito, quominus primo statim occurru argumentum hoc suggestui minus idoneum videatur, de quo ea tantum agenda sunt, quae ad morum disciplinam, non autem ad scientiam tradendam pertinent; praeterquamquod bonus, qui fieri potest scientia usus ad paucissimos potest eorum spectare, qui forte argumenti huius audirent concionem. Hoc tamen argumentum esse potest utilissimum in casu ecclesiasticorum, in sacerdotum conventu, in exhortatione peculiari apud illos instituenda, qui studiis vacant; & quorum esse alios eruditionis genere exculti.

Finis, & scopus, quem sibi proponere debent argumentum hoc pertractantes, est docere, scientiam, quantumvis nullo in discrimine esse videatur ad salutem acquirendam, maxime tamen esse utilitatem, ad semper sanctificandos, & ad aliorum sanctificationem procurandam, necnon preclarum esse instrumentum, quod virtus, devotio, pietas, zelus, & charitas in egregio usus convertere possunt. Animadversionem duntaxat est, quantumvis isic de scientia generatim duntaxat loquamur, quin ad aliquam peculiariter descensus fiat, eam tamen semper intelligendam esse, quae cum decet statum, quem sumus in hoc posita est, ut ad unquam ea calcamus omnia, quae ad muneris nostri officia vite, & cum qua nullam habent cum salute nostra, vel cum utilitate seu republica, seu illis vacantium rationem.

Quantum simul loquamur de studio, quod ad scientiam acquirendam via est, nostri instituti, consistendum laborem; qui ab huiusmodi exercitatione seungi non potest, ne quis occurrentibus difficultatibus detraheatur: ita tamen ut nulla ex parte omittatur virtutis exercitatio, qui unicus est hanc scientiam acquirendam viam.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum huius argumenti structura.

I.

DE studio, & scientia in illis, qui proximorum saluti vacare debent, & qui futuri sunt aliquando pastores, confessorii, evangelici verbi praedicatoris, &c. ostendi potest: 1. si in eorum studiis recta desit intentio, nunquam illos adepturos necessariam magis, sanctissimam huius muneribus scientiam. 2. Quamvis hanc jugi labore sibi compararent, eadem tamen nunquam vel pro sua, vel pro aliena salute alius; quae due sunt concionis partes.

mens nostra illustretur; si enim inter arma Dei praesidium flagitatur, antequam in aciem descendatur, periculum quippe est, Deum esse victoriam arbitrum, & hanc illis non delecturam; qui ipsam precibus in partes suas compulerint, & ideo ille exercitium Deum appellatur; hic non minus est Deus scientiarum: Deus scientiarum Dominus est. Hanc autem adeo necessariam opem, ut in scientiis proficias, tibi conferat Deus, eadem uti non ad majorem ipsius gloriam cogitanti? Nunquid ille nobis ministrabit arma, ut contra ipsum certemus? Nunquid illis favabit conatibus, qui directe sibi adversantur? &c. 2. Dei, & illius, qui ob humanas tantummodo causas studiis vacat, interest prohibere progressus, qui in illis fieri possent; praevidens enim, quem nobis proponimus, finis in nostram cedit perniciem, & eo spectat, ut Dei munere ad eundem injuriam abutatur. Ita quantum illi gloriae suae, nostraeque studet saluti, quam veluti proprium bonum suum respicit, tantum interest sua reluctari, ne quem

Pro priori, ajo, nisi bona adit in studiis intentio qualis esset desiderium ad majorem Dei gloriam adlaborandi, esse proximo autem efficiendi, ac saluti suae prospiciendi aliena opem ferendo, neminem unquam tantis huius muneribus partem futurum, neque necessariam ad id scientiam comparaturum. 1. Quia sine ope caelestis omnis labor eorum erit inutilis. De fide est, nos hac ope indigere rebus in omnibus, & sine hac fieri nequaquam possit, ut aliquid nobis et voto cedat praesertim vero in scientiis, ubi magis indigemus; ut

contentimus, studiorum nostrorum fructum percipiamus, cum ad id non desint illi sexcenta rationes, quas ipsi steri cuiusque causa potius referemus acceptas. Puras tibi nominis gloriam, honoremque comparaturam hac scientia, tibi ad ecclesiasticas dignitates aditum complanturam, atque deserti oratoris, prudentis confessorii, hominisque in omni scientiarum genere consummatissimi auram aucupatam; sed si ille tibi daturum morbum, vel habitalem infirmitatem immiserit, jam omnibus studiis tuis mora injecta est, omnia consilia tua eversa. 3. Quia bona tantum, sanctique intentio efficere potest, ut valeamus earum scientiarum studiis, que ad ea rite obeunda conducunt munera, que a nobis illud exigunt ministerium; quod aggressari sumus, cum alia que libet cause nequaquam sufficient ad obicis infringendos, superandasque difficultates, que in quibusdam studiorum generibus inveniantur. Ambitio, exempli gratia, efficit, ut totum vite spiritum profanis studiis impendamus, & externis linguas addiscendis, quin funditus illas edocesamur, que ad hereticos quidem proterendos, ecclesiam vero propugnantem sunt necessaria. Si curiositas studiorum nostrorum hinc, & causa est, hoc nobis nostri temporis historiam suspeditabit; evolendam ac elegantiora veterum dicta percipienda tradit, ut in hominum eorum nitescere valeamus, quin Sapientis Patribus, Conciliis, Canonibus, & ecclesiasticis historiis insitiamus. Utilitas vero majoram habere vna potest ad nos iis scientiis admodum quae facilius aditum aperire possunt ad beneficia, ecclesiasticaque dignitates consequendas, non distinctior verum cum homines de maneribus eorum perscrutandis non admodum laborent, atque profus alio mens eorum spectat, satis est scire, quae arte illas consequi, ac in illis perseverare valeant levi aliqua earum scientiarum cognitione imbuti quibus non admodum se uti velle proponant.

Pars altera. Secundo ajo, quod licet aliquis cum prava intentione assidens, & constanti cura fieri possit par adimplendo muneri, ad quod contendit, & acquiritur scientia, quae ad officia illi inherentia rite obeunda necessaria est. I. hanc scientiam proximam salutem inuilem futuram. Quare? Quia quantumvis in ordine graue, non secus ac nature utitur aliquando Deus rebus illis, que effectibus, quos producere vult, maxime aduersantur; attamen secundum communes providentiae vias non utitur illis, qui propriam gloriam uoce quarant, ut per hos sua gloria consulat, neque utitur peccatorum opera, ut alios peccatores convertat. Nunquid invertet providentiae suae ordinem, ut sus sequatur consilia, quae sunt suae quidem honor, & cultus, animarum vero salutis, velificaturus avaritiae, & ambitioni eorum, quibus est profusus opposita mens, & qui ad illud obrepent ministerium, ad quod vocati non fuerit? 2. Bonum exemplum, morumque sanctitas magis, quam scientia, aliorum prodest sanctificationi. Homines, qui pravis intentionibus sese muneribus factis immiscuerunt, & qui non melioribus eadem exercent, aptissimi sunt instrumenta ad magnum fructum percipiendum, insignemque conversiones faciendas? 3. Scientia finibus adeo nequam acquisita, ac venditata, non solum proximo utilis non erit, verum etiam cedat in perniciem illius, qui ad ambitionem abutitur; quoniam illam in iudicio Dei criminofam, atque inexcusablem reddidit, eo quod ipse non praestat, quod faciendum alios docet, &c.

Pro concionis argumento assumi potest felix scientia cum virtute, atque sanctitate concordia ostendendo, i. vite sanctitatem prodesse. Vicissim ex doctrina plurimum opus ad sanctitatis acquisitionem hauriri. Scio equidem vulgo doctos viros redargui, quod majorem curam, laborumque impendant mentem vario eruditionis genere, quam voluntatem solidis virtutibus, quae tota apud Deum sunt in pretio, excollendo. Esto, haud temere id obijciatur; idem ipsa probat experientia, atque satis validis argumentis confirmatur, verum quantumvis haec graves videantur, affirmo, non solum scientiam, & sanctitatem simul esse non posse, vel praclaras has qualitates nequaquam sibi pugare, verum etiam utro citroque sibi manum veluti tendere, maturisque auxiliis firmari, ut quilibet ad statum sui perfectionem perveniat. Utque intum ducat oratio ex his, quae scientiam sanctitatis conferat, ajo.

Primo pars. I. Hanc optimam esse dispositionem ad scientiam a Deo obtinendam, quoniam hoc donum est, quod ipse orationi concedit, quemadmodum exemplo suo Sapientis cap. 7. confirmat; *Operaui, &*

data est mihi sapientia; invocavi, & venit in me spiritus sapientiae. Quis autem ambigere potest, utram sanctitatis moram, integritas vite, in Dei cultu fidelitas, optima sit dispositio ad locuples hoc munus obtinendum; & utrum Deus illud libentius amicus suis, quam peccatoribus nimis cerebro eodem abutentibus elargiatur? 2. Sanctitas scientiam perficit corrigens ea, in quibus haec suapte natura videtur deficere: videlicet superbiam, ambitionem, invidiam, contentiones, aliorum contemptus, ac in proprio sensu pertinaciam. 3. Scientiam elevat; cumque suapte natura nullo fit in discrimine, sanctam facit; quandoquidem eadem utitur ad Dei gloriam, atque illam possidentem sanctificat, efficiens, ut eandem praclaros in usus impendat.

Pars altera. Secundo dico, scientiam vicissim plurimum sanctitati conferre. Etenim duo illa licet sint ordinis longe diversi, neque dici que absolute, scientiam omnino esse necessariam, ut sancti sui; liquet tamen, eam, ubi cum virtute locum percipierit, multum in modum prodesse, et conjugatam eam subsidium adjuvi sanctitatem consequamur. 1. Quia prohibet, ne in errorem, atque illusionem impingamus, quod quidem difficile evitare potest, qui doctrinae expertus est, vel qui doctorum consilio non haeret; ita ut potissimum scientia erga sanctum meritum hoc sit, quod illum tuto regit, ac ducit, prohibens, ne in iustitiam via unquam deorset; *Iustum delinxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* 2. Scientia sanctitatem ceteroquin sterilem fovendam facit: videlicet sanctus, qui doctrina vacuus est, sibi tantum est sanctus: sed ubi sanctitas est cum scientia conjuncta, sese in proximos etiam effundit, & urbes, populosque integros convertere potest, atque sanctificare. 3. Adde tandem tertio, scientiam prodesse ad auctoritatem, ac estimationem sanctitati comparandam, ut ea omnia, quae pro Dei gloria, ecclesiasticae utilitate suscipiantur, prospero eventu excipiuntur, &c. Atque ad fructum ex hac concione percipiendum, inferendum est, non satis esse habere lumen scientiae, nisi charitatis ardor habebatur; scientiam sine sanctitate nos coram Deo effecere nocentiores; quae si cum virtute, & sanctitate in hac vita conjuncta fuerit, efficit, ut in gloria tanquam sydera in perpetuum fulgeamus aeternitatem. Ex Panegyrico S. Thomae Aquinatis, edito ab autore sermone in omnia Ethica christiana argumenta.

Studium aliis quidem munus, & occupatio est aliis vero solatium, & oblectatio, alisque tandem gravis labor, ac species supplicii, ubi ostendendum est.

1. Studentibus, ut sese occupent, ac tempus impendant, non satis esse otium studio evitare; sed ut christiane studeant, bonum sibi finem esse proponendum, ut videlicet se pares status sui muneribus obeundis exhibeant. 2. Studentibus oblectationis, & voluptatis gratia, ad id ut haec voluptas liceat, & haec oblectatio christiano viro sit digna, nequaquam curiosis tantum, inutilibus, vel etiam perniciosis rebus, quas ignorare praestaret, vacandum esse. 3. Iis autem, qui studium oderunt, quasi gravem aliquem laborem, & qui tamen ex necessitate ad illud incumbere tenentur, ostendendum est, hoc eo majorem meriti esse, quo magis illud aversantur, majoremque in eo difficultatem inveniunt; immo viam esse, qua se ipsos sanctificare possint, dummodo molestum hunc laborem, qui penitens vita appellari potest, non reformident.

Studium considerari potest; quatenus ad Deum, ad proximum, & ad nosmet ipsos referat.

1. Quatenus referat ad Deum; ut illi jucundum accidat, propter sanctum finem suscipiendum est, ut videlicet te idoneam praestes, qui Deo servias, & ad majorem nominis eius gloriam contendas. 2. Quatenus referat ad proximum: scientia illa addiscenda sunt, quae ad fructum faciendum, ad illum de officio erudiendum, ad bene, & sancte vivendi rationem illi tradendum inserviunt. 3. Quod nonmet ipsos pertinet: studio comes accedere debet pietas, & devotio, ut nos meliores, magisque virtute praeditos praebamus. 1. Studium, & scientia, cui illa insunt conditiones, quae in Christiano requiruntur, potest nos coram Deo sanctos efficere per bonum usum, qui de illa fieri potest. 2. Prodesse potest, ut nos magis honestes, ac officiosos efficiat in mundo, ubi perfectius muneribus nostris tam publicis, quam privatis pertingamur. 3. Potest nos utiles efficere ecclesiae, & religioni, idque pluribus modis.

In

VI. In haec Sapientis verba: *Vani sumi homines, in quibus non subsistit scientia Dei.* Sap. 14.

1. Scientiam vanam esse, inuilem, ac saepe etiam perniciosam, nisi obiectum eius sit Deus, nisi ad gloriam hujusmodi libentius amici suis, quam peccatoribus nimis cerebro eodem abutentibus elargiatur, ut Deo rectius adhaeremus. Ideo homines vanos efficit, superbos, invidiosos, invidiosos, astitimiores, & contemptores aliorum. 2. Sed ea scientia, quae propter Deum quaeritur, & cujus obiectum sunt perfectiones, & veritates, quas ipse nobis revelavit, via est, qua de ipso perquam optime mereri possimus, & ad illum impensius diligendum impelli.

VII. In haec Ecclesiastici verba cap. I. *Filli concupiscent sapientiam, conservaverunt virtutem, & Deus probabit illam illis.* Iustitiam, videlicet virtutem, & probitatem optimam esse ad scientiam acquirendam viam.

1. Quia Deus libenter se amicis, sibi que inferventibus communicat, uti Scriptura testatur; ideoque eos efficit luminum suorum participes: *Accedite ad eum, & illuminamini.* 2. Quia Deus labori eorum benedicit, efficitque ut illi in scientiis brevi magis proficiant, quam qui impensius illis operam navant. 3. Quia Dominus, qui est scientiarum Deus, quem admodum illum Scriptura vocat, has elargitur illis, qui servient ipsi, qui egregie istidem utuntur, quod tot sancti viri praestiterunt.

1. Scientia una est ex praestantioribus rationibus, quibus nomen, alioque sanctificare possimus optimo ejusdem nomi, verbi gratia, caelestia meditando, ex creaturarum rerum cognitione ad creatorem allurgendi, populum erudiendi, atque zelum suum exercendi, ecclesiamque propugnandi, &c. 2. Scientia est perniciosa doctorum virorum, quos inast, & qui eadem abutuntur, ut olim Angelorum Ameliganos, veterisque Philosophi, de quibus loquitur Sanctus Paulus, omneque omnium temporum haeretici, qui eadem ad alios in errorem coniiciendo usi sunt.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, auctoresque, unde hauriri possit copia ad propositionem concionum fructuram exornandas.

S. Augustinus l. 4. Confess. cap. 16. amarissimis prosequitur lacrymis pravum usum, in quem spiritum ad scientiam suam impendit, & l. 3. Confess. cap. 4. docet, nos sola Dei cognitione fieri posse beatos.

Idem Prologo libri 4. de Trinitate ostendit, sui ipsius cognitionem reliquis scientiis esse praefendam. Idem serm. 53. de verbis Domini docet, in quo, & quomodo scientia nobis utilis esse possit. Idem lib. 12. & 13. de Trinitate explicat, quid sapientiam inter, & scientiam inter sit. S. Amb. lib. 2. de Abraham cap. 10. sub nomine sapientiae differet de scientiae extensione, & utilitate. S. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 1. praebet indicia, ex quibus intelligitur, utrum aliquis Spiritus sancti scientiam possideat. Idem Homil. 18. in Ezech. haec explicans S. Pauli. ad Cor. cap. 12. verba: *Alti datur per spiritum sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae*, docet, quinam sint, qui a Spiritu sancto sapientiae, & scientiae sermonem acceperunt.

Idem in haec verba Job: *Seram, & alius comedit*, docet Doctores, ac eruditos viros, quorum mores doctrinae minime consonant, aliis quidem, non autem sibi ferere.

Idem in haec Jobi cap. 36. verba: *Qui auferit stellas pluviae, & effundit cineres ad insulam gurgitem*, docet, triplex esse doctorum hominum genus; quorum primi probitatem habent, & sanctitatem, sed non docent; secundi & bene vivunt, & alios bene vivere erudiunt; tertii male vivunt, & nihilominus alios ad bene vivendum instituant.

S. Bernardus serm. 36. in Cantu. praeceteris Patribus fultus hoc tractat argumentum: docet, utilem esse scientiam, quamvis illi praestet charitatem: quae bona ecclesiae conferat; Doctores; vitia, quae in scientia metuenda sunt; ac tandem explicat, quantum esse debeat Christiani scientia, & quo ordine ab illo fit acquirenda.

Hugo lib. 5. Diast. rationem adiit, propter quam ex tot, qui studis vacant, adeo pauci docti fiant. Blotius Ep. 76. Ecclesiasticum improbat, qui sentio confectus profanis, inutilibus, atque statu suo indignis scientiis vacat.

Hourdy Bibl. Tom. IV.

S. Eucherius Ep. paron. ad Valerianum huic auctor est, ut potius christianae morum disciplinae, quam Ethicorum det operam Philosophiae, eique palam ostendit, quanto illa praehac sit ad virtutem adipiscendam utilis.

Gratianus in tractatu de Oratione cap. 4. S. 16. allegat loquitur de immoderata scientia, studiique cupiditate, quam inter obices spiritus orationis recendet.

P. Hasineve tom. altero responsum quassit ad afoeticam vitam spectantibus tract. 18. de temperantia, de studiositate virtute loquitur.

In specimine Ethicorum volumine 2. tractatum habet de modo christiane studendi.

P. Chahu libro de scientia salutaris tractatu de domi perquisitione art. 4. agit de doctrinae Salvatoris praecceptorum omnium scientia praestantia.

Hieronymus Platus parte 3. de bono status religiosi cap. 11. loquitur de gaudio, & voluptate, qua in cognitione, ac literarum studio percipitur.

P. Senault in usu affectuum, ubi loquitur de pravo usu voluptatis, docet, quantumvis scientia praecae naturalibus bonis praestet, non posse tamen hominem beatum efficere.

Idem in libro, cui titulus: *Homo peccator*, sermone nono docet scientiae incertitudinem, & caliginem ex originali peccato esse profectam.

Guillelmus Baldeanus in libro, cui titulus: *Summi virtutum* lib. 3. cap. 25. docet ei, qui studis vacat, coniungendum esse cum aliis scientiis rerum sanctarum doctrinam.

P. Theophilus Raynaldus tom. 4. operum suorum ubi de virtutibus, & vitis lib. 6. sect. 2. cap. 3. funditus agit de amore studendi, de scientia, de illius acquirendis modis, ac de causis, quae ad illum excitare nos possunt.

Raynerius de Pisis Titulo Studium duplici capite agit de iis, quae ad hoc pertinent argumentum.

Antonius Postevinus in Bibliotheca Selecta, Ludovicus Vives; & alii permulti tractant de studendi arte, & ratione.

Collectio Orationum Gallicae Academiae oblatarum anno 1673.

Olorius tom. 5. concilio habita ad Scholasticos de ratione, & ordine studendi.

Concilium tunc veteres ac recentis.

Stapletonus Dominus, 12. post Pentec. sextum 2. docet virtutem necessario cum scientia, & doctrina esse coniungendam.

Lambert in sermonibus de ecclesiastica vita duos habet de scientia.

P. Duneau in sermonibus in anni evangelia Domini octava. Epiph. ostendit doctrinam, & scientia bene utendum esse, atque cavendum ab illis abusibus, qui ejusdem fieri consueverunt.

De la Font in ecclesiasticis alloquiis pro 6. Dom. post Pascha loquitur de eorum rerum ignorantia, quas scire tenentur, neque illam excusat a peccato.

In specimine panegyrico tom. 1. & 2. in panegyricis SS. Augustini, & Thomae plurima inveniunt de bono usu scientiae.

Auctor sermonum in omnia Ethica christiana argumenta tom. 3. argumentum particularium sermonem habet, ubi de sancto usu scientiae loquitur.

Idem in S. Thomae panegyrico ostendit, sanctitatem plurimum conferre, ut aliquis doctus fiat; & vicissim quantum utilis sit scientia ad sanctitatem acquirendam.

Gratianus in locis communibus, tit. Scientia. Bucus in Panario, tit. Sapientia. Spanner, Poliantha sacra, tit. Scientia.

Qui collebantur adiderunt.

PARAGRAPHUS III.

Loca, exempla, & applicationes Bibliorum huic argumento.

1. *Docere, & ego scabo, & si quid forte ignoravi, instruite me.* Jobi 6. Sapientiam, atque doctrinam sicuti despiciunt. Prov. 1. *Ubi non est scientia anima, non est bonum.* Prov. 19. *Disciplinam, & scientiam doce me.* Eccl. 118. *Deus scientiarum Dominus est.* 1. Reg. c. 2. *Sapientes abscondunt scientiam.* Prov. 10. *Imprudenter edibunt scientiam.* Prov. 1. *Labis sapientis disseminabitur scientiam.* Prov. 15. *Vas precidium labii scientia.* Prov. 20. *Cum reum inquiris scientiam.* Prov. 27. *Impius ignorat scientiam.* Prov. 29. *Cor sapientis quare dolentiam.* Prov. 15. *Qui vitat discere, incidit in mala.* Prov. 17.

11. Quis

Quid necesse est homini majora se querere, cum ignoret, quid conducat sibi in vita sua. Eccl. 7.

Cuncta sententi in sapientia. Dixi: Sapienter efficitur; & ipsa longius recessit a me, nullo magis quam erat: & alia profunditas, qui invenit eam? Eccl. 7.

Proposui in animo meo querere & investigare sapienter de omnibus, quae sunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea. Eccl. cap. 1.

Qui addit scientiam, addit & laborem. Ibid. Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quae sunt sub sole, & quanto plus laboraveris ad querendum, tanto minus invenies. Eccl. 8.

Quid vobis prodest, quod majorem sapientiam dedit operam? Locutusque cum mente mea animadventi, quod hoc quoque esset vanitas. Eccl. 9.

Difficile estimamus, quae in terra sunt: & quid in profectis suis, invenimus cum labore. Quae autem in oculis sunt, quis investigabit? Sapient. 9.

Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, & cum sapientia proferas responsum verum. Eccl. 5. Vani sunt homines, in quibus non subest scientia Dei. Sapient. 13.

Ornamentum aureum prudentis doctrina. Eccl. 5. Divitia salutis sapientia & scientia. Isa. 33. Scientiam eorum sustulit. Isa. 44.

Ego Dominus Deus tuus docere te utilia. Isa. 48. Non est scientia Dei in terra. Olex 4.

Quia tu repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Ibid. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam eruditi multos, quasi stella in perpetuum aequivalent. Daniel. 12.

Ad dandum scientiam salutis plebi ejus. Luc. 1. Testimonium perhibeo illis, quod amulationem Dei habent, sed non scientiam scientiam. Ad Rom. 10.

Scientia infusa, charitas vero edificat. 1. ad Cor. 8. Si habueris omnem scientiam, charitatem autem non habueris, nihil sum. 1. ad Corinth. cap. 13.

In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientia absconditi. Ad Coloss. 2.

Circumferuntur omne venio doctrina. Ad Ephes. 4. Etsi eos, ut charitas vestra magis abundet in scientia & in omni sensu. Ad Philipp. 1.

Semper discite, & nunquam ad scientiam veritatis pervenietis. 2. ad Timoth. 3.

Scienti bonum facere, & non scienti, peccatum est illi. Jacobi 4.

Scientia sanctorum, prudentia. Prov. 9. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo. Jacobi 1.

Requiescit super eum spiritus scientiae, & pietatis. Isa. 11.

Quam magnus, qui invenit sapientiam, & scientiam! Eccl. 25.

Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. 1. ad Cor. 2. a.

Exempla ex utroque testamento depraevia.

De scientia Ade, & ambrosio scilicet cupiditate qua a Domino tentatus fuit.

De veterum prophetarum scientia.

Primum hominis peccatum fuit ambitiosa, & inordinata sciendi, ac per scientiam se Deo similem efficiendi cupiditas juxta damoclis consilium: Errebat scilicet cupiditate qua a Domino tentatus fuit. De scientia Ade, & ambrosio scilicet cupiditate qua a Domino tentatus fuit.

Cum ignorantia, quae una est inter peccati primi hominis poenas, sit etiam aliorum plurimum peccatorum, immo gravissimum, quae in terris acciderint ac praesertim idololatriae causa; Deus qui hominibus remedium contulit, quo originalis culpa labes elueretur, tradidit illis etiam modum, quo ignorantiam expellerent; qui scientia est, sive infusa illa sit, qualem primis Patriarchis, legitime antiquae prophetis elargitus fuit, ut reliquis hominibus ostendere possent ipsorum officia; sive acquisita per non vulgarem ingenuitatem, quemad-

modum David testatur se peculiari quodam hominis beneficio ipsis etiam insitutoribus suis factum fuisse doctorem: Super omnes docentes me intellexi. Ita Propheta alii consecutus fuit donum scientiae, ut populos erudiret; & Deo nihil antiquius erat, quam quod ministris sui scientiam imbueretur, ita ut per eos eujusdam Prophetae sui illam repellet, qui scientiam sibi ad sacerdotalia munera obanda necessariam contempserit: Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Olex 4.

Scientiam insigae, maximeque pretii bonum esse argumento est, quod cum Deus optionem Salomoni fecisset: petendi, quod ardentius optasset, etique se illud concessurum pollicitus esset, vir ille adeo perpicax, qui sola electione, ac petitione sua Sapientis nomen esse meritis, non opes, neque potentiam, & auctoritatem, non gloriam, neque voluptates, quas ejusdem aetatis homines tantopere depererant, petiit, sed unice sapientiam, hoc est scientiam, qua populo suo regendo par esset, & qua digne obiret munera supremae hujus dignitatis, ad quem divina ipsum evertat providentia. Quam juvenis acciderit Deo hac petiit, nemo unquam ignorat; Deus quippe postulata concessit, & praeterea illa etiam adiecit, quae ab illo non petebatur, tanquam adeo sapientis optionis remunerationem. Obiit ergo a Dei liberalitate hanc sapientiam, & scientiam, quae praestantissima est divinitatis participatio, sed quo in gradu, & quam illius tunc magnitudo? Superavit sapientia, Scriptura inquit, eos omnes, quos illum praecellerant; & nemo eorum, qui illum secuti fuerant, eundem aequare potuit. Felix, si semper ob oculos Dei timorem habuisset, quem ipse etiam Proverb. 1. & 9. fundamentum, & sapientiae principium appellat! Quod vero pertinet ad scientiam, quae proprie est naturalium rerum cognitio, satis est ea legere, quae afferuntur in Bibliis, ut de illius magnitudine judicium fiat; etenim praeter tria parabolarum millia, quas ipse composuit, praeter opera poetica, quae millenarium numerum excederent, & plantis omnibus sermonem habuit ab altissimis Libani cedris ad hyssopum, ac minimam omnium plantarum, deque animalibus omnibus secundum speciem ipsarum varietatem. Ipse etiam in libro Sapientiae cap. 7. testatur, a Deo sibi traditam fuisse cognitionem ordinis, atque dispositionis universorum, virtutum, atque proprietatum elementorum, initia, ac durationis saeculorum, vicissitudinum temporum, cursus anni, motuum, ac influxuum siderum, naturae animalium, bestiarum, variarum cogitationum hominum, discriminis simplicium, virtutum radicem & eorum omnium, quae, ut metalla, terrae visceribus continentur. Nunquam inter homines fuit, ille hominem Salvatorem excipias, scientia hac major neque magis late patens spiritus extensus. Credendum est aliquandiu hac Salomonem usum fuisse, ut ad contemplationem Creatoris rerum omnium se attolleret; saltem in ejus libris, qui supersunt, confessus est, omnes haec cognitiones sine pietate, ac timore Dei ad saltem inutiles esse. Verum neque dubitari potest, quo minus insinuat sint inutilitatis, ut nos attollant ad Deum, & ut officia, ac munera nostrae intelligamus; & ubi semet scientiam cum virtute conjuncta fuerit, nihil magis ad nostram sanctificationem, & Dei gloriam procurandam conferre potest.

Necesse non est verba facere de scientia JESU CHRISTI, quatenus Dei, aeternique Verbi. Fides quippe, ac Theologia nos docent, ipsum increatam esse Sapientiam, terminum substantialem cognitionis, quae Pater aeternus habet de se ipso, deque omnibus entibus creatis, & possibilibus; ideoque nihil omni fallere posse. Sed agitur de scientia, quam habebat quatenus Verbum caro factum; & quo istae de theologia questione agamus, scire fuisse, scientiam hanc tantum fuisse, quanta esse debet in homine Deo; quapropter Apostolus inquit omnes sapientiae, ac scientiae thesaurus in ipso absconditis fuisse: In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi. Idque ex primo temporis momento, quo Verbum aeternum propter amorem nostrum carnem assumpsit. Quod si S. Lucas Evangelista dicit JESUM CHRISTUM, prout adoleverat aetate, ita sapientia, & scientia crevisse, hoc intelligendum est de scientia experimentalium, quae cum aetate in omnibus hominibus augetur, atque perficitur. Illud vero haec in re animadvertendum est, illam, qui omnia praeterita, praesentia, & futura novat, & qui intimos etiam cordium recessus scrutatur, & qui multo magis novat omnia naturae secreta, & quod-

Salomoni scientia.

De scientia J. C.

quid in artibus omnibus utile, & in scientiis verum est; hic inquam nullum unquam sermonem habuit, qui mentem nostram mundi hujus rebus applicare possit; satis illi fuit hominibus tradere salutis scientiam, quae erat missionis suae finis, illis curam relinquens labore discendi scientias naturales, quatenus utiles essent ad hanc scientiam unice necessariam, quae est scientia salutis.

Quid Spiritus Dominus docuerit.

Post Ascensionem Filii Dei Spiritus sanctus in Apostolos descendit, ut illos veritatem omnem doceret, quemadmodum Saluator praedixerat, promittente: Cum venerit Spiritus ille veritatis docebit vos omnem veritatem. Sed divinus hic Spiritus nequamquam illos profanam docturam Philosophiam, quae veritatis perquisitio, ac sapientiae studium vocatur, quamquam illos pares fecerit, qui sapientes, Ethnicosque philosophos confunderent: qui eruditus viris falsa eorum auterent praedicta. Scientia, quam tradidit illis, toto caelo praestantior, ac certior erat, neque illi omnis sapientum facili scientia resistere poterat. Hoc tamen argumento non est, humanas scientias, quae studio, atque labore quaeruntur, inutilis esse: nam quemadmodum gratiam vulgo secundum naturae dispositiones operatur, rerum humanarum, ac naturalium veritatem scientia quam maxime utilis est ad divinas veritates cognoscendas, & non minimo est subsidio, ut aliis ea; quae ad salutem sunt necessaria tradatur.

Quamquam Saluator mundi ad sui sequelam rudes, ignorantesque homines vocaverit, quales erant Apostoli, quorum opera usus est, ut fidei, & evangelii lumen diffunderet, dicit nequit aditum ad egregium hoc ministerium illis omnibus interclusum voluisse, qui scientiarum rudimentis essent imbuti, quippe constant sanctum Paulum in lege Moysis versatissimum fuisse, & ex Philoistis ejus inquit, illum nequaquam profusus alienum fuisse ab humanis scientiis, quandoquidem opportune eorumdem locos aliquos subinde profert. S. Lucas, qui medicam professus fuerat artem: ad apostolatus ministerium evocatus non oblitus fuerat esse scientiam, quae longe plures suppedit. Auctores quidem testantur, S. Philippum Apostolum scholas frequentasse, & anum ex omni filii Dei comitatu literis imbutum fuisse, quarum alii erant omnino rudes; nec non inter Discipulos plures recententur, qui scientias excoluerant. Verum est tamen, ad statuendam fidem Deum neque philosophorum scientia, neque oratorum usum fuisse eloquentia, ne prodigium hoc alteri acceptum referri possit causa, quam uni possessit Dei. Nunc autem cum fides constituta sit, & in omnem terrarum orbem latius diffusa. Deus aliter aere velle videtur: etenim ad fidem servandam, propagandam ecclesiam, hereticos retundendos, sanam doctrinam solidandam, confirmandoque nascentes spiritus, quos error, & novitas seducere possit, viris eruditiss, doctoribus, ac perspicacissimis utitur ingenis. Ita videmus, Graecae, Latinaeque Ecclesiae doctores egregios fuisse pastores, & eos, qui de fide melius meriti fuerant, eos fuisse, qui praecateris doctrina excellenter; & acta sacris ordinibus initiis neminem, nisi qui scientiam scientia sit praeditus: quemadmodum retroactis saeculis nulla res magis relaxationem, impietatem, vitium, ac scientiam morum in christianos homines inveixit, quam ignorantia ecclesiasticorum, & ministeriorum verbi Dei.

Applicationes quarundam Scripturae locorum hujus argumenti.

Quam magnus, qui invenit sapientiam, & scientiam! Eccl. 25. Haec verba non ablutunt ab illis, quae Saluator dicit apud S. Mattheum cap. 4. Eum, qui benefecerit, & alios benefacere docuerit, hunc in regno caelorum magnum futurum: sapientia enim peculiariter praestat, quod agatur, & sancta, & virtute praedita vita ducatur, cum interim scientia subsistat in cognitione veritatum, quae concepta fuerunt. Duram autem rerum harum conjunctionem hominem magnum efficit coram Deo, ac in terra: in terra, inquam, propter ea, quae Deo praestat officia, in caelo autem propter pe utilitatem gloriae gradum, quem possidet. Scriptura quippe testatur futurum, ut illi, a quibus alii in iustitia via eruditii fuerint, syderum instar in omnem respicent aeternitatem. Illud autem perflusum esse debet, sapientia, quae illic pro studio virtutis, vel pro ipsi vi tue accipitur, primum semper obtinere debere gradum, & sine hac posse quidem per scientiam aliquam apud homines inlaetescere, atque ex turba emergere, non autem

Bound. Bibl. Tom. IV.

coram Deo, a quo illa semper reprobata fuit, & qui letatur doctos superbos conuadere; atque illum tandem coram Deo simul, & hominibus magnum esse vocandum, qui sapientiam, & scientiam adeptus est, & qui eadem utitur pro gloria illius, a quo utramque recepit, quoniam haec duo sunt praestantissimae divinitatis participationes.

Accedit ad eum, & illuminamini. Psal. 33. Haec etiam verba abnormia non sunt ab illis S. Jacobi Apostoli c. 1. Si quis vestrum indiget sapientia; postulet a Deo: & dicere possumus juxta regi Prophetam, & hujus Apostoli sententiam, nullam esse actionem, in qua magis caeli lumine egeamus, quam studium, & scientiarum, quae nobis necessaria sunt, acquisitio. Quomobrem insignis error est studium ali-quod suscipere, quin cor attollatur ad Deum; eique precas effundatur, ut laboribus nostris beneficere dignetur. Si enim earum rerum scientia, quae nobis necessariae sunt, vel utiles, ad Deum igitur confugiendum est, ut illam obtineamus, neque sperandum est sine divina ope nos aliquid unquam posse proficere. Vehementer enim errat, qui putat, solam scientiae acquirendae rationem esse libros perolvere, vel assidue docti alieujus preceptoris scholam frequentare. Magis proficiet, qui lunium patrem ardenti prece invocaverit, & qui Dei auxilio aequum addiderit diligentiam, hic melius votorum summam assequetur, quam qui solo labore ad scientiae acquisitionem contendit.

Me heretiquerunt fontem aquae vivae, & foverunt sibi Deum, qui curiosis, & inutilibus scientiis operam navant, & aeternas addicere negligunt. Me heretiquerunt fontem aquae vivae, & foverunt sibi Deum, qui curiosis, & inutilibus scientiis operam navant, & aeternas addicere negligunt. Me heretiquerunt fontem aquae vivae, & foverunt sibi Deum, qui curiosis, & inutilibus scientiis operam navant, & aeternas addicere negligunt. Me heretiquerunt fontem aquae vivae, & foverunt sibi Deum, qui curiosis, & inutilibus scientiis operam navant, & aeternas addicere negligunt.

Qui addit scientiam, addit laborem. Eccl. 1. Natura, & ingenium hujus cupiditatis, quae scientias deperimus, nequeunt melius exprimi, quam per haec sapientissimi doctissimique mortuorum omnium verba. Tandem enim nihil verius est, quam quod haec verba significant, scientiam esse eruditorum supplicium. Haec minus adhuc, quam ambitio, cancellis saepe continetur: omnia illius vota inordinata sunt; quo plura possidet, eo plura capit, quo ditior est, eo se putat pauperiorem, ac nova semper concipiens desideria sapientiam locum tradit dicendi, hanc pessimam esse occupationem a Deo hominibus in penam tantummodo dnam: eum, qui nova addit antiquis cognitionibus lucina, novos proberibus addere labores, & qui studet se doctiorem efficere, in id incumbere, ut se reddat mitiorem. Hoc tamen de naturalibus scientiis est intelligendum; coelestes enim, divinaeque veritates minori sumptu comparantur, & nos efficiunt beatiores.

PARAGRAPHUS IV.

Latet & scientiae sanctorum Patrum hujus argumenti.

Haec tota scientia hominis est, scire, quia ipse nihil est per se, & quoniam quidquid est, ex Deo est, & propter Deum est. Augustinus in Psal. 70.

Qui se dicit scire, quod nescit, temerarius est, qui se negat scire, quod scire, ingratus est. Idem, Serm. de Ascens.

Haec est sapientia & scientia vera distinctio, ut ad sapientiam pertineat rerum aeternarum cognitio intellectualis, ad scientiam vero, temporalium rerum cognitio rationalis. Idem, lib. de Trinitate.

H h 2

Infelix homo, qui scit omnia, re autem Domine nescit. Idem, lib. 5. Confess. c. 9.
 Quid est hoc? Insuper indolenti, et calum raptant, et cum nobis doctrinis demergunt in profundum. Idem, lib. 8. Confess. c. 8.
 Id, quod scire dicimus, nihil aliud est, quam ratione habere perceptum. Lib. 1. de lib. arb. c. 4.
 Scientia est, cum rei aliqua forma ratione percepta & cognita est. Id. de quant. animae c. 26.
 Tanto magis poteris, Deo adjuvante, proficere, quanto studiosius caperis sanctorum Patrum dicta requirere, et inventa frequentius atque attentius recensere. Idem, Epist. ad Donatam Tribunum.
 Cuiusmodi scire volumus, absque pertinacia contentendi, adfert diligentia requirendi, humilitas petendi, perseverantia passandi. Idem, l. 4. de Genesi.
 Non parva scientia est scientia conjugata, ille habet oculi cognitionis, tu habeo credulitatis. Idem, in Pl. 26. Ser. 2.
 Nemo est erubescendum homini censurari se nescire quod nescit, ne dum se scire mentitur, naufragum scire mereatur. Idem, Epist. 157. ad Optatum.
 Scientiam callidum, terrenamque rerum magni estimare solet genus humanum, in quo profectio meliorum sunt, qui hanc scientiam preponant posse semper. Idem, in Prolog. lib. 4. de Tein.
 Sic adhibetur scientia tanquam machina quaedam, per quam practica charitatis assergat, qua maneat in actu, etiam cum scientia destruitur. Idem, Epist. 119.
 Ipsa scientia paritur conscientia, sic ergo discite ut faciatis. Idem, Ser. 145. de Resurrect. Domini.
 Amate scientiam, sed amore non charitatem. Idem, Ser. 53. de verb. Domini.
 Scientia, si sola sit, inflat. Idem, ibidem.
 Non est vera scientia boni, nisi ad hoc comprehendatur, ut agatur. Idem, lib. de varia innoc. c. 24.
 Instanter meditatur legem Dei, qui laborat, ut memoria generat, quod actione non implet. Id. ibid.
 Qui didicerunt a Domino, esse humiles corde, plus cogitando et orando proficiunt, quam legenda et audiendo. Idem, Epist. ad Paulinum.
 Vitium discendi ardor, ubi illud magister. Ambros. lib. 2. de virg.
 Tunc scientia magna est, si charitate humilietur, ut amplius crescat: temperat enim a dilectione, ut non fatis mens sit, ut si inebriat scientem, et se extollat. Idem, in primam ad Cor. c. 8.
 Scientiarum ardor, nulla profectus eade extinguitur, imo ille magis acie inflammatur. Hieronymus Epist. ad Demetriadem.
 Quidam non querunt in lectione ea, unde a virtutem erudiantur, sed ea, unde singulariter errant videntur: ergo ita immeritis ausibus scientiam, quo plus appetunt, plus amittunt. Gregor. l. 20. Moral. c. 8.
 Perfecta scientia est scire omnia, et tamen se esse scientem nescire. Idem, in cap. 37. Jobi.
 Qui se putat aliquod scire, nondum egerit, qualiter oportet cum scire. Idem, lib. 27. Moral.
 Non est vera scientia boni, nisi ad hoc cognoscatur, ut agatur. S. Prosper, in Psalm. 118.
 Perique accepta scientia litterarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem intendunt, dum de ista extollantur, et ibi peccant, ubi peccata emendare debuerunt. Iffidorus, lib. 3. de summo bono.
 Ad majoris culpa vinculum pertinere, scire quemquam quod sequi debeat, et siqui nolle quod sciat. Idem, ibidem.
 Quanto maiora sunt litterarum studia, tanto animus arrogantia inflat, et inflatu maiore insumit scientiam. Idem, ibidem.
 Scientia est Deum noscere, et virtutem colere: in ista scientia, in hoc iustitia continetur. Lactantius, l. 6. c. 5.
 Qui scire contentus est, non expectant aliquem fructum scientia? Idem, l. 3. divin. insti.
 Illud quidem inter omnes sancti mentis homines constare arbiter, eruditionem inter mundana bona primum locum tenere. Gregor. Nazianz. orat. 31. in laudem Basilii.
 Utile est multa scire et recte vivere. Quod si utrumque non valemus, melius est, ut bene vivendi studium, quam multa sciendi sequamur. Iffidorus, Sentent. l. 1. c. 1.
 Qui scisipsum non docuit, alium docere non potest. Origenes, Homil. 38. super Levit.
 Præcedit scientia virtutis cultum: quia nemo potest assequere quod ignorat, et malum, nisi cognovit, non timetur. S. Chrysostomus.
 Dicere et non facere, non solum lucrì nihil, sed da-

mi plurimum confert; grandis enim condemnatio est compariari, quidem sermonum suorum, vitam vero suam atque operam negligit. Chrysostom. lib. de compunct. cordis.
 Totius prudentis compendium in litteris continetur; si respiciat regenda est, si pello commiserat. Idem, lib. 1. de orat. ad Aliphianam in Epist.
 In litteris prudenti ingenio, unde sapientior fit, ibi bellatur. Idem, unde animi virtus solentur, nec nisi qua in mundo potest esse fortuna, quam litterarum non augere gloria notitia. Idem, ibidem.
 Nihil aliud scientia nobis quam culpa, a qui ad hoc tantummodo legem posuimus, ut majores offensus peccemus, quia quod lectione et corde volumus, libidine et despectione calcamus. Idem.
 Non est hic peculiariter verus est, qui legem divinum legitur, et semper violamus, qui Deum nosse nos dicimus, et iusto illum, et prescripta calcamus. Idem.
 O quam velle est sermo sapientis, ubi Deum magister est, cito discitur quod docetur. S. Leo, Ser. 3. Pentec.
 Qui se sibi magistrum constituit, sicut se discipulum sibi. Idem, Epist. 87.
 Curiosus est studium persequenti ea, qua scire nulle est utilitas. Anselm. lib. similis. cap. 26.
 Eritia, in nobis acuta cogitatio abundante crescit, nisi in nobis hinc illuc flammam suffocet. Hugo de vanit. mundi.
 Scientia iuniorum, quae reddit vitam, et maximam in tribulatione praestit consolationem. Idem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pene hoc in argumento deproxi possit.

Scientia nomen isthuc non usurpatur in sensu, quo a philosophis adhibetur pro certa, atque evidenti cognitione naturalium effectuum per causas, vel causarum per effectus. Sed intelligimus aarum rerum cognitionem, quas Christianus scire, et exercere tenetur, ut obear munera status, ac religionis suae, ut perveniat ad finem, qui aeterna est ipsius beatitudo. Hæc autem cognitio sapientia vocatur, cum est earum veritatem, quas a primis, supernisque causis accepimus; et scientia vocatur, cum acquiritur ex secundis, et naturalibus causis argumenta descendendo; et huiusmodi cognitionum studio, vel experientia quaeritur, quæ hinc in hoc dumtaxat tenore sentit in christiano sermone sit intelligenda.

Studium, quod via est necessaria, & communis ad scientiam acquirendam, neque enim de illa sermo est, quod divinitus Sancti quilibet obtinere, fortis est, constans, & attenta applicatio, quæ homo iis vocat cogitationibus, quæ illum formate possunt, atque officio status sui obediendi parum efficiant. Applicatio hæc oriri debet non solum ex naturali cupiditate sciendi, quam omnis habet homo; sed ex libero, laudabili, honestoque desiderio sciendi de iis omnibus, quæ necessaria sunt, ut vir bonus fiat, & fideliter sua munera adimplat. Verum cum cupiditas est immoderata, & absque, & nimia studendi fertilitas, ut doctor evadat, esse possit nimis jugis, aut vehemens, immo ab aliis etiam officiis se revertere valet, morali tradere virtutem, quæ sanctior dicitur, & quam S. Thomas 2. 2. quæst. 166. artic. 2. subijcit temperantiam, seu quod prohibet curiositatem sciendi ea, quæ sunt inutilia, seu quod nimis violentum discendi, scientique appetitum moderat. Opere tamen protinus est animadvertere, quamvis propius huius virtutis effectus esse videatur potius ad studium extirpare, & inflammare, quam sciendi cupiditatem contempere, vel regere attentionem in studio adhibendam, cum plures sint, qui satis non student, nihil studentibus: uterque tamen effectus ad hanc virtutem pertinere dicendus est: sed cum magis inquisat, vitium esse non studere cum studendum est, quam nimis studio vacare, studio istis virtus rationabilem, atque christianum hominem utrobique regere debet.

Quæri potest, undenam oriatur periculum nimis studendi, cum studio plerumque tantus labor accedat: at causa est vehementia cupiditatis sciendi, quæ studendi, li-

efficit, ut omnes superentur difficultates, quæ in scientia acquisitione inveniantur, tunc potissimum, cum inde aliquis sperat honor, aut voluiss, aut utilitas non speranda. Unde liquet, ad hoc ut studiositas, studii excessum corrigat, sciendum esse, quid mali inveniri possit in fine, qui studii proponitur.
 Ut christiane studias, studium nequaquam tibi spectandum est veluti indifferens quædam occupatio, sed velut actio maximi momenti, quæ proat bene, vel perperam fiat, plurimum ad salutem, incertumve tuam possit conserre. Ideo hæc in re illud præ cæteris observandum occurrat, ut studiis tuis optimum finem proponas. Particulares fines, qui haberi possunt in hac exercitatione, quæ potior vita pars occupatur, variis modis pro varietate singularum, qui scientia acquirenda adjungunt animam. Quorum cum alii boni sint, alii mali. Ita studium vel sanctum, vel seculum efficiunt. Boni porro fines, quos omnes sibi singillatim proponere debent, ut laudem consequantur, hi ferme sunt. 1. Dei gloria: quamvis enim hæc ratio communis esse, ac in omnibus actionibus nostris locum habere debeat, ambigit nequit, quod minus scientia proflus peculiaris fit ratio majorem Dei gloriam quaerendi. 2. Fructus, quem a scientia percipere possimus ad virtutem per fubimes eas cognoscimus, quæ eisdem adminiculo acquisitionis de magnitudine Dei, de creaturarum nihilo, & de eo, quod necessariis, ut christiana vita decatur. 3. Utilitas proximi, quem hac ope erudire de officiis ipsius, cui consilia suppeditare, & ad bonum virtutemque acquirendam calcem addere, factisque subicere possimus. Quod præstat ad peculiare fines, quos quilibet habere potest, nisi ad hos referatur, labor, qui in studiis impenditur, coram Deo nullius est meriti, & si mali sunt, studium, scientiamque ipsam in perniciem convertunt.

Ut bonum in studiis nostris finem habeamus, pro Deo instrueda sunt, eidem interserviendi cupiditas nos ad studendum impellere, & voluntas illius studii nostra debet moderari; ita ut si laboris susceptio non aliud principium est, quam curiositas, vanitas, vel alia qualibet inanis causa, Deo acceptum esse, & nobis ad virtutem comparandum conferre minime possit. Quamobrem ut certi sumus Deo interserviendi desiderium esse finem studiorum nostrorum, illa nobis eligenda sunt, quibus uti ad munera nostra adhibendi impendimus operam, patet nos neque Dei voluntate, neque eidem placendi desiderio agi ad studendum. Quæ tamen regula non est eo ulque exaggeranda, ut religioni, & criminis veritatem ea omnia studii, quæ directe ad vitam nostre munera, & ad Deo illo interserviendum in statu, ad quem vocati sumus, nequaquam referantur. Nam dummodo tantum impendamus temporis, quantum opus est, ut ea, quæ opus sunt, adimpleamus, reliqui nobis aliqua conceditur copia, dummodo eo non abutatur, & modus non abutendi eodem est, studium referre ad aliud, quod per se utile sit, & nobis proficere possit, veluti ad historiam discendam, ad bene dicendi artem percipiendam, hæc quippe generales sunt facultates, quæ particulari muneri nostro nequaquam adsertantur.

Putandum non est, malum esse ex studiis suis voluptatem percipere, neque ex illis quodammodo mentis solacium petere. Si enim studia, quibus oblectamur, interservit nostra recententur, hæc oblectatio est, quam Deus nostre infirmitati concedit, & hæc utamur opus est, ut in dies magis progrediamur: cum certa liqueat, studia, quæ cum voluptate suscipiuntur, memorie altius inhaerere, quam illa, quibus nonnulli agere, & inviti vacamus. Quod sperat ad illa, quæ meri solatii sunt, hæc legitima esse possunt eo modo, quo solatia legitima sunt: hoc est ad mentem seriis fatigatum studiis subsidine reficiendam, ad eadem majori alacritate instaurandam, & spiritum occupandum, ubi alius rebus vacare non possit. Neque semper perniciosa est aliquam sibi animi laxationem permittere; certum quippe est in studiis aliquando magis progredi, qui per intervalla quiescit, quam qui diuturna laboris assiduitate mentem fatigat, & torquet.

Studia secundum nostra officia a quolibet instituenda sunt; & nisi aliud munus habeamus, quam studium, omnia colligare debent ad finem, quem ipsi nobis proponimus, tanquam nobis maxime congruum. Verum considerandam est nobis duplex effectus officiorum genus, ideoque nobis duplex finium genus

esse proponendum; alterum quidem particulare, quod a pluribus pendet circumstantiis, & quod variare potest pro varietate eorum, qui studiis operam navant; alterum vero generale, & commune omnibus, quod est anima sua eam esseam præbere, quæ necessaria est, ut in via Dei subsistere valeat.

Reliquæ scientie tempus habent suum: easque relinquere fas est, cum ex illis tantum didicisti quantum opus erat. Sed heic christiane studium nunquam relinquendum est; cum ipsa vita producendum est, quin anquam dicere fas sit, satis te didicisse, edoctumque fuisse; neque enim satis est has veritates theoretice callere, sed animo nostro semper presentes esse debent, tunc cum exercenda sunt, ac in praxim radigenda.

Scientia, & veritatis cognitio par se bona est; hoc tamen non prohibet, quinimus per appetitum depravationem eadem possit abuti, nihil enim ita sanctorum est, quæ abuti nequeat depravata voluntas. Ita philosophia studium bonum est, & laude dignum; sed quoniam aliquid eodem ad fidem impugnam abutuntur, nos monet Apollitus, ut caveamus, ne quis doctrinis novis, ac philosophicis sophismatibus nos in errorem inducat. S. Thomas 2. 2. quæst. 167. art. 2. autem docet, scientia, & cognitionibus sex modis per vitiosam curiositatem abuti non posse. 1. Cum alicujus veritatis scientia, vel cognitio non queritur, nisi ut gloria auferatur, & intumescat. 2. Cum hæc veris cognitione ad peccandum. 3. Cum ex Damone, ac per noxias magis vias scientia perquiratur. 4. Cum rerum, quæ vel necessarie, vel utiles sunt, studium, & cognitio requiritur, ut rebus nullius utilitatis opera navetur. 5. Cum perceptarum veritatum cognitio ad extremum finem non redigitur. 6. Cum ea quarimus, & scire comamur, quæ nostram intelligendi vim superant, & excedunt.

Ratio cohibendi spiritum curiositatis in scientiis, cui indalgeri est maxime periculolum, hæc est, ne scire nolle ea, quæ supra nos sunt, & quorum cognitionem Deus nobis negavit: sed nolimet coarctare in cognitione earum rerum, de quibus nos erudiri vel iussit, vel patitur. 2. Non finire, ut nobis immoderatus sciendi dominetur ardor, qui sepe efficit, ut cætera negligamus. 3. Studio operam dare propter Deum, & ut mandata illius obtemperemus. 4. Mandata hæc ad vagum adimplere, seu propter tempus studio impendendum, seu propter cogitationes, ad quas acquirendas debemus contendere, seu propter scientie usum, qui a nobis faciendus est.

Cum fieri nequeat, ut omnia sciamus, ac plura sint, quorum cognitio vel inutilis est, vel etiam perniciosa; ubi prudentia, necessariis reliquis anteferi, jubeat minus utilibus, & ab his profus abstinere, quæ majorem perniciem, quam fructum, allatura videntur. Hic in electione habenda insitendus est ordo; sed maximum malum est, plurimorumque molorum causa, quod plerique oppositum faciunt, majore studio suam explorere curiositatem, quam praxim perfectam utilitatem contendant. Profecto si non omnia ciborum genera indisciplinatim sumuntur, & sedulo illi omnes evitantur, qui nocere possunt: si in agris non omnia seminum genera, sed utilia tantum feruntur, quæ diligentia adhibenda in iis rebus est, quæ sunt mentis nostre alimenta; & femina cogitationum nostrarum: Ea enim, quæ hodie pronisus condiscimus, ubi occasio feret, excitabuntur, ac suppeditabunt ne opinantibus quidem cogitationes, quæ causa erunt salutis nostre, vel reprobationis.

Cum Theologis notanda est, duplex esse genus ignorantie; quarum altera invicta est, quæ excusat a crimine, occidit enim potius a nostre mentis imbecillitate, quam a voluntatis nequitia; altera vero nefaria est, quæ item in tria displicere genera, videlicet in crassam, adfectatam, & pravam. Ignorantia crassa eorum est, S. Bernardus ait, qui inutilium rerum studio operam navant, interim negligentes rerum eorum cognitionem, quæ omnino sunt necessaria, ut membris suis rite perlingantur: Multi scienda nesciunt, aut sciendi invidia, aut despectu desistunt, aut verecundia inquirendi, Pater hic ait, Ignorantia hæc indirecte voluntaria est, inquit Theologia, quatenus homo studere detrectat, neque superare vult difficultatem, quam invenit in earum rerum cognitione, quæ sibi sunt necessaria, ut sua munera adimpleat; vel quatenus relinquere non vult operam, quam inutilibus, vanisque rebus impendit, quod idem est, ac christiani hominis officia velle ignorare. Id ignorantie genus reprobationis carattere notatur; quoniam Deus per os Prophetæ

Scientia pluribus modis abuti possunt.

Modi reprobationem, cum de scientia agitur.

Necessè est bene eligere studii genus, qui vacemus.

De earum ignorantia, quæ excusat a crimine, quæ excusat a crimine, quæ excusat a crimine.